



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quis superior remittere, aut relaxare potest iuramenta homini præstita.  
punct. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

## De Relaxatione Iuramenti.

56

cognitionem, nec sufficere dubiam. Sic probo: Quia in causa dubia in favorem possidentis iudicandum est, praecepit cum ex hoc iudicio excludatur defictum. At post Iuramento in cuius gratiam factum est, possidet, ne contra illud iurans actionem intentet. Ergo ab hac possessione excludi non debet ob dubium de iniustitia. Præterea videtur iniquum in causa dubia præsumere iniustitiam, & iudicium ferre; ac si commissi est. Deinceps quolibet Iuramentum, eo ipso quod homini sit, relaxari non potest; solum ab regula generali excipiuntur Iuramenta inquit extorta, sed dato Iuramentum in gratiam hominis esse factum, est regula, quod relaxari non possit. Ergo ab hac regula ob dubium iniustitiae excepti non debet. Quod vero sufficit cognitio probabilis, ea mihi ratio persuadet. Quod si certa est regula, Episcopus concedens relaxationem Iuramenti ad effectum agendi, simul declarat, contractum esse relinendum, ut propter clavis iniustum. Non ergo tur ad hanc relaxationem eti illud in causa certa notitia. Reslat ergo, ut probabilis sufficiat, quæ per summariam informationem etiam unico teste deponente habetur.

3. Secundum requiri potest, ad hanc relaxationem concedendam citatio partis, cuius intercessus nomine illius, in cuius gratiam Iuramentum præsumitur est. Et quidem si relaxatio est concessa in integrum, ita ut in toto existimat Iuramenti obligacionem omnes Doctores censem, fieri non posse absque partis citatione. Quia concessa hæc relaxatione simul contractus relinquitur, & iurans liber ab obligatione declaratur. Quod fieri absque citatione partis, est sententiam ferre contra inaudita patrem; quod est absurdum.

4. Difficilas ergo est: an si relaxatio non in toto, sed solum ad effectum agendi, vel excipiendi concedatur, debeat necessariò pars citari? Afirmat Feinus cap. 1. à num. 23. de iure iurando. Viz in pract. 2. 10. preludio 2. num. 3. Didacus Petrus in leg. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamentis col. 814. vers. quarto 16. Ratio ea est quia citatio necessaria est, quod citatio de a terius praedictio. c. 1. de causa possessionis & proprietatis. Clemens Pastorale de re iud. cap. 1. leg. viii quoqueff. de iud. iud. fed in hac relaxatione agitur de praedictio partis, cum molesteatur vocazione, & obligatione iustificandi contra. Quum Ergo fieri non potest absque citatione.

Nihilominus verius est, citationem non requiri. Sic docuit pluribus Cœur. lib. 1. var. c. 4. num. 6. Gut. in Authent. Sacramenta pubrum num. 112. Sanch. lib. 3. in Decal. c. 21. num. 28. Ratio est: quia hanc relaxationem Prelatus concedere ex officio potest, ex solo, quod tumularie probatum fuerit, institutum in contractu interuenientem. Ut tenet plures Doctores in c. 1. de iure iurando. Sed in his, que Prelatus ex officio facere potest, queque plenam probationem non exigunt, citatio necessaria non est. Ergo. Item hæc citatio ad nullum efficitur illis est potest. Siquidem pars consentire non tenetur in relaxatione, in modo potius ipsa dissidente concurrit, ut iudicio examinetur contractus; & inventus iniustus relinquitur, si minus iurans tangamus calumniosus condemnetur, & expensis soluat, quas altera pars litigando & contractum defendendo fecit. Ex quo sit parum, aut nihil prædicari ei, in cuius gratiam iuratum est.

5. Terzis aliqui requirent, ut ipse iurans per propriam personam relaxationem iuramenti peteat: eo quod est personale vinculum. Sed hoc nullo modo est concedendum; sed per procuratorem potest. Imo iurante absente, & ignoto iuramento relaxatio concedi à superiori potest. Ex Tex-  
to in leg. Labe ff de iure iurando, & ita alii scilicet tradit Sanchez dicto cap. 21. num. 37.

### P V N C T V M      VI.

Quis superior remittere, aut relaxare potest Iuramenta homini præstata.

### S V M M A R I V M.

1. Episcopus, capitulum sede vacante, & vicarius generalis, si iudex sit contractus, potest relaxacionem concedere.
2. Index Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, potest relaxacionem concedere, si petatur pro foro exterioro, scilicet si pro conscientia foro.
3. Si relaxatio absolute concedatur, solum index, qui renuntiatur potest, eam valeret concedere.
4. Index secularis non potest propriam relaxacionem concedere.
5. Quod sit probandum, ut iudex Laicus compellat ad Iuramenti relaxationem, vel ipse Iuramentum remittat.

6. A quo superiori facienda est hac Iuramenti remissio.
7. Ad hanc abolitionem remissione debet Laicus index, permanentem citare, scilicet si remissione concedat ad effectum agendi.
8. Index Laicus interpretari Iuramentum potest.
9. Qualiter index Laicus cognoscere possit de nullitate relaxationis ab Ecclesiastico facta.

D E superiori Ecclesiastico, & seculari quæ potest, quæ sit, qui potestare habeat relaxandi, vel remittendi Iuramenta, quæ remitti vel relaxari possunt.

1. Si de superiori Ecclesiastico loquuntur, constat, Episcopum, & capitulum sede vacante id posse, & generaliter omnem habentem jurisdictionem quasi Episcopalem. Vide Vicarius Generalis Episcopi hæc Iuramente potest relaxare. Quia haber cognitionem causarum cap. 2. de officio vicarii 6. & cum ea ut cognitio esse non possit ab illo que has relaxatio, poterit hanc relaxationem, ut quid accessionis expedite, ita Baldus c. 1. de iuris iurando iurio, & ibi Alexander de Neuo num. 29. Quis sequitur Sanch. lib. 3. sum cap. 2. num. 32. Limitat tamen & bene Sanchez vt intelligatur, vicarius generaliter posse, hanc relaxationem concedere, dummodo si iudex legitimus contractus iurati, & relaxatio petatur pro foro externo. Nam si solam pro conscientia foro petatur relaxatio, aut vicarius non sit index legitimus illius contractus; nequaquam poterit ex vi vicarii hanc relaxationem concedere. Quia hæc relaxatio est directa iuramentum dispensans in generali vicariatus consilium potestas diffringi non clauditur.

2. Dubium ramen est: an Prelatus loci, in quo iuritus est contractus; an Prelatus iurantis; aut eius, cui iuratum est, possit hanc relaxationem concedere? Breueri respondet. Primum: si relaxatio petatur pro foro externo, index Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, potest relaxationem concedere. Quia ratione contractus locutus contrahentes eo in loco forum, est fin. de foro competens, & index contractus, sic Sanchez dicto cap. 3. 1. num. 2. cum Felino cap. finali de foro competens, num. 24. Quod si pro conscientia relaxatio petatur relaxatio, iudex loci in quo contractus est celebratus nihil potest. Quia in illo foro non contractus; sed dominicum iurisdictionem præstat, Sanchez loco citato.

Secundo respondeo: solum Prelatus iurantis potest concedere relaxationem Iuramenti pro conscientia foro, vel ad effectum agendi. Quia hæc relaxatio est dispensatio nomine ipsius Dei. Debet ergo dispensans superior esse eius, qui cum dispensat, & eius obligationem remittit: cum in illo iurisdictionem exercitat.

3. At si relaxatio non pro conscientia foro tantum, nec ad effectum agendi, sed absolute concedatur, ad relinendum contractum, & eximendum iuramentum ab omnino obligatione, solum index, qui reum iurare potest, poterit relaxatio. Quia ad hanc relaxationem citatio partis necessaria est ut diximus. Vnde Episcopus iurantis Iuramentum relaxare potest omnino, si pars, cui est facienda citatio, est eius subditus, aut sit in eius territorio, fecit vero si absens sit. Quia extra territorium nequit fieri citatio, nisi de confusa superioris illius loci, legi extra terminum if de iurisdictionis ematum, indic. Feinus & Sanchez supra.

4. Si vero loquuntur de superiori seculari nullus est, qui possit relaxacionem propriam concedere. Quia hæc concessio est actus spiritualis iurisdictionis, cuius secularis est incapax. Et enim directe vineculi Iuramenti remissio nomine Dei. Sic notauit Suarez lib. 2. de Iuramento cap. 41. num. 16. circa medium. Sanchez lib. 3. cap. 22. num. 15. At ista relaxationem propriam concedere non possit, potest ramen nomine pars obligationem remittere. Si enim secularis Princeps potest cogere subditum, ut Iuramenti obligationem remittat, & ipse non solente subdito remittere potest. Quia superior supplet potest concessionem, quem subditus teneat præstare. Quia ratione, si superior vendat ruam domum ad locum unde uis ceditibus, tenuis de custione, ac si implere venditum, lib. 1. si ob causam Ced. de custione. Quia factum indicio reputatur factum partis. Et ita tenet Cœur variorum cap. 4. Molina tom. 1. de iustitia diff. 129. vers. dixi deinde Enaquel Sæ verbo Iuramentum, num. 29. Sanch. lib. 3. num. 21. n. 1. Ep. 15.

5. Ut autem superior Laicus subditum compleat ad Iuramenti remissionem, vel ipse nomine subdit remittat, debet prius probare in illo Iuramento ex parte recipiens iurisdictionem interuenisse, & rem per Iuramentum promissam ad iudicium secularis spectare. Si enim dubium sit: an in Iuramento deum turpitudine: vel rei premisa cognitione ad iudicium secularis alioquin non spectat; potestas laica remittere Iuramentum nequaquam poterit. Sic Cœur. dicto lib. 1. variorum cap. 4. num. 5. Gregorius Lopez legi finali verbo. Que la fizo tit. 11. partita 3. Gutier. Authent. Sacramenta numero 260. Sanch. lib. 1. de matrimonio diff. 32. num.

DE  
LASTO  
PALEA  
TOM  
II

numero 18. cap. lib. 3. summ. c. 22. numero 1. & 15.

6. Hac tamen condonatio, seu iuramenti remissio ne-  
cessariò facienda est à superiori ipsius, cui sit iuratum. Si-  
quidem condonatione haec exerceatur in ipsum iurisdictio lo-  
co ipsius obligationem condonando. Sic Moyma d. disp. 149.  
colum. 5. Sanchez d. cap. 22. num. 17. Ex quo sit si is, cui iu-  
ratum est, fidelis sic, & Laycus posse superiori iudicari il-  
lius tam Ecclesiasticum, quam Laycum remittere, & con-  
donare obligationem. Quia est causa mixta fons. Si vero clericus  
sit is, cui iuratum est, tolos Ecclesiasticus index potest remit-  
tere, si infidelis; tolos illius superior, non index Ecclesiasticus.  
Quae omnia docet Sanch. d. 22. m. 19. & Suan lib. 2. de iuram.  
c. 41. n. 16. circa medium.

7. Sed et adiudicandum, condonatione hanc absoluere  
Iuramenti fieri non posse à Layca vel Ecclesiastico potestate  
ab alijs partis citatione. Si quidem omnino ab obligatione Iu-  
ramenti libertas & contractum dissolvit. At si remissio Iu-  
ramenti non esset absoluta, sed limitata, nempe ad effectum  
agendi, pars citatio necessaria non est, ve ex superiori pun-  
cto constat. Posse autem Laycam potestatem remittere iura-  
mentum ad effectum agendi, docet expressè Molin. tract. 2.  
de iustitia disp. 149. pag. 848. vel iuxta hadem dicta sua.  
Quia si is, cui præstium est iuramentum, potest non ob-  
stante eo facultatem concedere, ut res iudicio dicuntur, iu-  
ram non sit, ita potest publicam Layca, quam Ecclesiastica  
canderi concedere potest.

8. Deinde index secularis & legi slavorum civilis interpretari  
potest iuramentum de materia seculari fori, an scilicet obli-  
get; vel non. Quia Princeps secularis ac civili legislator ius  
habet, interpretandi humanas dispositions eorum, in quos  
ius habet ferendis leges; ita ut possit conventionum, promul-  
gationum, testamentorum & similium actuum verba interpretari  
ijs interprætatione facta eriam iuramentum ipsum in-  
terpretatur, cum iuramentum ijs actibus humanis appositum  
eodem modo sit intelligendum, ac ipse actus. Si quidem  
iurans id iuramento fitas quod simplici verbo promiserat,  
Ita Couart. l. p. §. 3. n. 8. vel tertium illud. Sanch. lib. 3. c. 22.  
num. 3.

9. Denique inquiri posse; an index secularis cognoscere  
possit de iniuncta relaxacionis Iuramento ab Ecclesiastico iu-  
dicato concessa? Felingus cap. 1. de iure iuramenti num. 12. & cap. 2.  
num 3. de iuris iurabilibus, Paz in sua tract. 2. p. prælud. n. 38.  
Sanch. l. 3. cap. 22. num. 4. Affirmant id fieri posse, si relaxatio  
ab Ecclesiastico iudice concessa, sit evidenter nulla, vel ini-  
qua. Sed hoc causè intelligendum est. Si enim nullitas vel  
iniquitas relaxacionis non apparet; sed probatio & exami-  
natione indiger, admittendum non videtur, posse relaxatorem  
de tal relaxacione cognoscere; ne index secularis superior  
sit Ecclesiastica potest.

## DISPUTATIO IV.

### De Adiuratione.

**A**DIVRATIO affinis est Iuramen-  
to, eo quod sit diuini Numinis con-  
testatio, de ea quatuor disputanda  
sunt, quid sit, & quotuplex, quæque con-  
ditiones ad eius honestatem requirantur?  
Secundo, qui adiurare possunt? Tertio, qui  
adiurari? Quartio qui modus seruandus sit  
in adiuratione dæmonis.

### PVNCTVM I.

Quid sit adiuratio, quotuplex, quæ eius condi-  
tiones, & qualiter ab oratione & Iu-  
ramento differat?

### SUMMARIUM.

1. In qua significacione adiuratio in presenti usurpetur.
2. Definiri adiuratio & explicatur.
3. Duplex est adiuratio, olemnis & priuata.
4. Item deprecativa & imperativa.
5. Ad honestatem adiurationis veritas, infitia, & indicium  
requiruntur, & qualiter veritas.

6. Qualiter iustitia requiratur.
7. Qualiter indicum.
8. Modus in adiuratione seruandus est.
9. Ad quam virtutem adiuratio pertinet.
10. Qualiter ab oratione, & Iuramento differat.
11. Aliquando adiuratio iuramento miscetur.

**S**i nomen adiurationis spectemus æquivoicum  
est; sumitur namque tempore pro iuramento, ita ut  
idem sit adiurare, ac iurare cum aliqua tamen  
reverentia ac firmitate. Sed de hac significacio-  
ne non est seimus in praefatori, latè enim in superioribus di-  
ctum est. Deinde somnior adiuratio pro eo, quod est ad iuram  
dum inducere. Sed neque de ea in hac significacione te-  
tamus. Quia haec significatio cum iuramento coincidit. Qua-  
re adiurationem in presenti sumimus, pro contestatione diui-  
ni nominis ad aliquid faciendum, vel committendum, sive iu-  
ramentum petatur, sive non.

2. Adiuratio ergo sic sumptu definiatur. Ut sit contestatio  
rei factæ, ut eius reverentia, amore, vel timore promouetur  
adiuratio, ad aliquid faciendum vel omittendum. Sic D.  
Thom. ab omnibus receptus z. 2. q. 90. art. 1. Adiuratio  
namque diuini numen contestatur. Et quasi præfati ad-  
iuratores, ut eius praesentia, & autoritate promouetur adi-  
iuratio facere, quod petimus vel imperamus; quæ de causa  
in adiuratione tria intentiones adiurans, adiuratus & is per  
quem adiuratur, esto non semper realiter distincta sicut vi-  
debitis.

Notauer dixi; adiurationem esse contestationem rei factæ,  
ut comprehenderem non solum contestationem Dei, sed etiam  
sanctorum, per quos sicut potest adiuratio, sed diverso  
modo. Nam cum sit adiuratio contestando Deum, vel sanctos,  
ut ad ipsum relatos est propria, & perfecta adiuratio,  
utpote que summissa vici, & autoritatem habeat, ad rem  
opratam imperrandam. Quando vero sit contestando sanctos  
secundum sua merita, & dignitatem propriam absque  
speciali ad Deum habitudine, adiuratio propria non est; esto  
ad illam reducatur. Quia non habet illam summum vim &  
efficaciam, ad imperandum; esto magnam habeat. Exem-  
pli iuramenti declaratur, si enim Deus, vel sanctos, ut ad  
Deum relatos testis, propriè iuramentum facit. Quia in-  
fallibiliter veritatem in testem adducis. Si autem sanctos sec-  
undum suam propriam excellenciam testis non iuramen-  
tum, sed testimonium humanum, & de se infirmum  
inducis. Sic in contestatione Dei, & sanctorum dicen-  
dum est.

Dixi contestationem rei factæ, ut excluderem contestationem  
rei humanae, seu profanae. Si enim per viam Patris ab  
amito petras beneficium, non adiuratio, sed amicabilis obser-  
vatio est, petrinens ad humanam & politican amicitiam. Quæ  
omnia laicus tradit Suan. tom. 2. de Relig. lib. 4. de adiuratio-  
ne cap. ... per iustum Sanch. lib. 2. cap. 42. num. 2.

3. Duplex est adiuratio; alia tolemnis; alia priuata. Solem-  
nitas est, que sit ex praescripta forma ab Ecclesia instituta, & à  
ministris ad id consecratis. Priuata est, quæ solemnitate  
caser.

4. Ratius adiuratio sive solemnis, sive priuata est duplex  
deprecativa, & imperativa; deprecativa; quæ contestatione  
rei factæ alterum depescantur. Imperativa; quæ imperamus.  
Prior exempla sunt, illud ad Romanos 12. obsecro vos per  
misericordiam Dei vt exhibeat, &c. Item vicius Ecclesie in  
laetanti & orationibus: contestant enim merita Christi, &  
sanctorum, ut Deus permouetur postulata concedere. Posto-  
terior exempla sunt illud Genes. 24. Vbi Abraham adiurauit  
seruum per Dominum eoli, & Genes. 27. Vbi Iacob filium  
suum Ioseph adiurauit, & non sepelire illum in Agypto.  
Paulus 1. ad Tim theum 4. adiurauit Timotheum per  
adventum Christi & regnum eius, ut predicaret verbum Eu-  
angelii opportune; & importune. & 1. ad Thessalonicensis vlt.  
Thessalonicenses adiurauit, ut epistola illa legitur; & hac  
adiuratione inquit Princeps. Sacerdotum adiuratio Christum  
per Deum viuum Marth. 26. Ad huius generis adiurationem  
debent reduci exorcismi Ecclesie, quibus damones adiu-  
ratur.

5. Ut autem adiuratio honesta sit, cas conditions. Doc-  
tores expolulant, quæ in iuramento, nempe veritatem, in-  
strem & iudicium; sed diuersimode; veritas namque expo-  
lulator. Primo ex parte rei contestata, hoc est per veram tem-  
faciam; & non per fictitiam & falsam contestatio sit. Si enim  
per Iouem & Iupiter, quali per verum Deum obsecrare, aut  
imperare; non adiurationem, sed idololatriam committentes;  
& consequenter gravissimum peccatum. Requiritur ergo ad  
adiurationem vel numinis inuocatio. Secundo expolulator  
veritas in animo adiurans, ut scilicet procedat ex vero ani-  
mo obtinendi postulata, vel imperata; alias in vanum; & quasi  
irrisoriæ diuina auctoritas contestatur, sed hoc regulariter  
peccatum